

2. Verbum tūm legis tūm Evangelii intelligo. Utrumque debet minister annunciare.

IX. Sacramentis obsignat.

Distributio sacramentorum etiam ad eosdem pertinet, extraordina-
riè etiam validè potest illa Laicus conferre (in casu scilicet ne-
cessitatis.)

X. Perducendi homines ad salutem.

1. Hic est *finis* ministerii Ecclesiastici.
2. Indicatur eō ministerii *necessitas*.
3. Adest h. l. non tantūm necessitas *præcepti*, sed & *medii*.
4. Necessitas illa non DEum quidem obligat, sed homines.
5. Indicatur, quod ministri Ecclesiæ influant in salutem hominum.
6. Distinguendum inter *principalem* & *instrumentalem causam* salutis.
Posterior sunt ministri.

CONFIRMATIO

Ex dict. Epbes. IV.

v. II. Καὶ ἀντὸς ἔδωκε τὰς μὲν δόπισόλαγς, τὰς δὲ προφῆτας, τὰς δὲ εὐαγγελιστὰς, τὰς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλας.

12. Πρέστε τὸν καθηρίσμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον Δικαιοίας, εἰς δικόδο-
μον τῷ σώματῷ τῷ χριστῷ.

Idem verò dedit alios quidem Apostolos; alios verò Prophetas; alios
verò Evangelistas; alios verò Pastores & doctores.

In instaurationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem
corporis Christi.

Ministerii titulus est in v. 12.

Ecclesiasticum est, quia est ordinatum in corpus Christi &c.

Ordo etiam nominatur.

Pastores illi erant omnes docentes.

ANTITHESIS.

1. *Fanaticorum*, qui negant ministerium Ecclesiasticum esse peculia-
rem ordinem.
2. *Pontificiorum*, quando dicunt, ministros Ecclesiæ habere auctorita-
tem à Pontifice. Quando negant vocationem esse quoque Lai-
corum.

3. Calvi-